



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

25. Tres corone[a] Agrippinenses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 25.

Tres coronæ, urbis Agrippinæ insignia.

M Illia quot recolis ter Sancta Colonia Divum,
Sunt totidem capiti debita ferta tuo.
Cur non tergeminis rutilent tua signa coronis?

(a) Euphratam Triados pellis ab urbe reum.

An quia dum numerus complectitur omnia ternus,
Regibus a ternis Trina corona datur?

(a) Euphrata scelestissima perversitatis Doctor, Ariani dogmatis Zizania tritico sana doctrina Colonia et alibi superfeminat, unde factum est mira omnipotentis Dei dispensatione, ut Colonia expelleretur, atque e numero Pastorum exterminaretur, & S. Severinus successor existeret, Ita in vita S. Severini.

SYMBOLUM 26.

Tres proles, quas ex punitioe quadam Dei, femina parit.

A ppellando suem dum sperneret una, quod uno
Quatuor enixu pignora fortè dedit.
Icona sic Triadis nimis imprudente lacessit

Ore, ter ultrices elicitura manus.

Tres meritò partu proles enitur uno:

Mira cave Trini spernere facta Dei.

SYMBOLUM 27.

Tria ad quæ Socrates hortabatur juvenes teste Max. serm. 41.

Prudentia animi, continentia linguæ, verecundia vultûs.

Q uantum vernanti decus est Prudentia pubi?
Rideat O! omnis flore juvenia pari.

Nec minor est juveni Linguæ Moderatio virtus,

Norma Pythagoricæ gloria magna scholæ.

Purpuret ora Pudor, mentis quæ gratia major?

Nobilior Triadi non datur ulla trias.

SYM-